INCIPIT PASS SCORU MAR
PROCESSI ET MARTINIANI
MEN IULIO DIE II

XXIII. Tempore quo symon magus cre
puit in tuis. et impiissimus nero tradidit bea
tissimos apostolos xpi petrum et paulum paulino
uiro clarissimo magisterie potestatis. Eodem tem
pore paulinus mancipauit beatissimos apostolos
in custodia mamurtini. Et ueniebant ad eos multi
xpiani infirmi et curabantur ab infirmitatib. suis.
atq. alii a demoniis obsessi liberabantur per ora
tiones apostolorum; Erant autem custodien
tes eosdem beatissimos apostolos milites multi.
Inter quos erant duo magistri animello princi
pi. processus et martinianus. Hi cum uiderent
mirabilia quae faciebat per beatos apostolos suos
dns ihs xps. initiati coeperunt dicentes. Uiri ue
nerabiles. nostis quia hic imperator nero iam in
obliuione recessit a persona uestra; ecce enim
nouem menses sunt. quod in custodia estis; roga
mus itaq. uos ut ambuletis ubi uolueritis. et tan
tum in huius nomine cuius uos cognouimus facere
uirtutes magnas. baptizate nos. Tunc dixerunt
eis beatissimi apostoli petrus cum paulo. Uos cre
dite ex omni corde et mente uestra in nomine tri
nitatis. et uos ipsi potestis facere quae nos facere
cognouistis. Hos audientes omnes qui in custodia
erant. clamauerunt unianimiter dicentes. Dona
te nobis aquam. quia siti periclitamur. Eadem
autem hora beatissimus petrus apostolus in ip
sa custodia mamurtini dum esset. dixit ad omnes.
Credite in dm patrem omnipotentem. et in dnm
nostrum ihm xpm filium eius unigenitum. et in
spm scm. et omnia ministrabuntur uobis. Eadem
autem hora miserunt se omnes prostrati ad pe
des apostolorum. rogantes ut baptismum ab eis
perciperent; At uero beatissimi apostoli orauerunt
in eadem custodia. Cumq. orassent. ilico beatus
petrus apostolus facto signo crucis in monte tarpeio

in custodia mamurtini. eadem hora emanauerunt
aque de monte. Tunc baptizati sunt beati proces
sus et martinianus magistri animello principi.
a beato petro apostolo. Hoc dum uidissent cuncti
qui in custodia erant. prostrauerunt se ad pedes
beati petri apostoli. et baptizati sunt promiscui se
xus et etatis numero quadraginta septem. Tunc
obtulit pro eis sacrificium laudis. et participati sunt
omnes corpus et sanguinem dni nostri ihu xpi.
Tunc uidentes beati processus et martinianus ma
gistriani. dixerunt ad scos apostolos xpi petrum
et paulum. pergite quo desideratis. quia oblitus
nero disperauit de uobis. Exeuntes autem de cus
todia sci apostoli petrus et paulus. uenerunt per
uiam quae appia nuncupatur. coeperunt perue
nire usq. ad portam appiam. Tunc beatissimus
petrus dum tibiam demolitam haberet de conpe
de ferri. cecidit ei fasciola ante septem sonum
in uia noua. Eodem autem tempore uenit iuxta
ta portam appiam. et uidit dnm ihm xpm. quem
cognoscens. dixit ei petrus. Dne quo pergis.
et dns. Romam redeo. iterum crucifigi. Tu autem
redi romam. et redit petrus romam. Cumq.
rediret mane. ecce et milites magistriani tenu
erunt eum. Eodem quoq. tempore nuntiatum est
paulino uiro clarissimo magistro officii. eo quod
processus et martinianus magistriani xpiani ef
fecti fuissent. misit milites et tenuit eos. et iussit
in custodia retrudi. Alia autem die praecepit si
bi eos praesentari; qui cum adducti fuissent an
te conspectum paulini uiri clarissimi. dixit eis pau
linus. sic stulti facti estis ut deseretis deos et de
as. quos inuictissimi principes colunt. et antiquitas
nostra adorat. sequentes uana in audacia ita
ut sacramenta militiae uestre amittatis. Re
spondit martinianus clara uoce et dixit. Nos mo
do coepimus habere sacramenta militiae celestis;
paulinus uir clarissimus. magister officii dixit.
Deponite iam amentiam cordis uestri. et adorate

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0218